

demonstrans baptismum: per parentes intelligitur diabolus seu vitia: qui dixerunt etatem habet ipse pro se loquatur: qui noluit hominem confiteri Christum: hunc nescimus unde sit: ostendit quia nesciebant ejus divinitatem: in iudicio ego veni, in hunc mundum, ostendit qui audit verbum, & recepit iudicium accepit ad condemnandum: ut qui non vident videant, ostendit gentes: quæ legem non acceperunt: & qui vident cæci fiant i. e. Judæos qui videbant per legem cæci facti sunt, quia non crediderunt in Christum.

*Qui non intrant per januam*, ostendit Episcopos qui per præmia intrant non per vocationem Dei sive populi pastores sunt ovium, qui pro lucro animarum non pro ambitione sæculi sunt: huic ostiarius aperit: primus ostiarius Johannes Præcurfor Christi, scripturæ scriptura divina vocari nominati i. e. novit Dominus qui sunt ejus: producit illas in doctrinam sive in regnum, ante illos vadit i. e. exemplum quod docuit prius fecit: præcedit illos in regna cælorum, sive & omnes doctores boni præcedunt exemplis.

*Vocem meam audivit* i. e. doctrinam: alienus sequuntur i. e. fides, doctrina hæreticorum: quotquot venerunt fures fuerunt & latrones i. e. pseudopropheta qui fuerunt & erunt tempore antichristi: per me si quis intraverit salvabitur: hoc est qui per doctrinam Christi salvabitur: ingrediatur per penitentiam in Ecclesiam, & egredietur de presenti sæculo ad regnum Dei: aliter, egredere contra hæreticos expugnandum: fur non venit nisi ut occidat & perdat, isti sunt ordines sacerdotum qui pro gratia turpi lucri non pro lucro animarum ingrediuntur, ego veni ut vitam habeatis i. e. doctrinam meam & abundantius habeatis i. e. vitam æternam: mercenarius est qui pro lucro terreno docet: vidit lupum fugit i. e. diabolus vel hæreticum: alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili gentes ostendit, sit unus grex & unus pastor, i. e. Ecclesia & Christus: hic lapis angularis intermedium parietem qui fit utraque unum.

*Potestatem habeo ponendi animam meam & iterum sumendi eam*: ostendit pro parte carnis, pater quod dedit mihi majorem omnibus, ostendit Christo vel Spiritu Dei majorem esse omnibus operibus sæculi: ego dixi dii estis, tribus modis dicitur i. e. essentialiter, qui semper est i. e. Deus: nuncupativus, dii estis: falsè deos dicitur demones sive idola.

*Abiit trans Jordanem* i. e. ad gentes, ubi Johannes primum baptizans mansit ibi, ostendit Ecclesiam: Lazarus figurat Judæos quia Judæi infirmi erant à fide Christi: Martha & Maria doctrinam bonorum Judæorum ostendit: hæc infirmitas non est ad mortem, ostendit quia qui mortui sunt hominibus Deo vivunt: mansit ibi duos dies i. e. duos testamenta. Eam iterum in Judæam, reversam fidem in Judæos per Eliam & Enoch in finem mundi: duodecim horæ sunt diei, dies Christus est: duodecim oræ duodecim Apostoli: si quis ambulaverit in die non offendit, in die i. e. in doctrina Christi aut Apostolorum non offendit in peccato quia lucem hujus mundi videt i. e. Christum per scientiam videt.

*Si quis ambulaverit in nocte offendit*, per noctem intelligitur tenebræ peccatorum, sive ignorantia cordis: non erat ibi, ostendit, præsentiam carnis sciebat mortuum esse i. e. quia omnia novit: unum in domo archi synagoga, duo filium viduæ in portam civitatis tertium Lazarum de monumento, in domo i. e. in corde: in porta i. e. in ore, in monumento i. e. in opere, per eandem moritur homo & per eandem resuscitabitur.

*Martha ut audivit quia Jesus venit obviavit ei*: Hic Martha significat Ecclesiam quæ obviavit Christo per fidem: Maria domi sedebat, contemplationis vitam ostendit, qui credit in me & mortuus fuerit vivit sive corporaliter, sive in peccatis per penitentiam: omnis qui vivit & credit in me qui hic in bonis operibus vivit in Christo non morietur in æternum.

*Lachrimatus est Jesus*, ostendit sicut verus Deus & verus homo exemplum compassionis est, ligatis manibus & pedes, ostendit vinculis peccatorum: facies sudario ligatus i. e. velamen super corda Judæorum: solvite illi i. e. per prædicationem fidei. Judæi quanto majora signa videbant tanto magis obcæcabantur: tulerunt locum & gentem, locum Jerosolymam possident Romani & gentes quæ dispersi sunt per regiones, princeps causas dixit, expedit unum hominem mori quam tota gens pereat, quia ministerium Dei habebat præ manibus & spiri-

tum Dei hoc locutus est, ut filius Dei qui divisi erant congregaret in unum in toto mundo: Martha ministrabat, ostendit activam vitam.

*Lazarus discumbens cum Jesus*, significat Ecclesiam: Maria accepit libram unguenti, ita & totus mundus quod intelligitur corda fidelium: per unguentum odorem confessionis, Maria Ecclesiam significat, unxit pedes Jesu i. e. per confessionem penitentiam: domus repleta est ex odore unguenti ita & totus mundus repletus est de passione & resurrectione Christi.

*Ut audivit turba quod Jesus venisset acceperunt ramos palmarum obviam Jesu exierunt*, ostendit quia tres secundum adventum post resurrectionem rapiuntur in aera cum Domino invenit alium, per alium populum gentilium ostendit: sedit super eum i. e. per confessionem fidei: noli timere perditionem tuam, quia Salvator tuus venit filia Sion ostendit congregantium fidelium ex Judæis & gentibus: totus mundus post eum abiit, quia per passionem & resurrectionem suam totum mundum de peccato redemit: & secutus est eum: accesserunt ad Philippum & rogabant ut viderent Jesum, ostendit gentes per prædicationem Apostolorum conversas ad fidem: granum tritici figuram Christi tenet, si mortuum fuerit multa grana adfert: sic & Christus multiplicavit Ecclesiam suam.

*Clarificabo & iterum clarificabo* i. e. clarifica illum in resurrectione Lazari, iterum clarifica illum in sua resurrectione: princeps mundi mittitur foras i. e. diabolo ejecto de potestate mundi per passionem crucis: ambulate dum lucem habetis i. e. dum Christum corporaliter & spiritualiter vobiscum habetis: ne tenebræ vos comprehendant i. e. tenebras ignorantia & persecutiones peccatorum: abscondit ab eis i. e. corporaliter sive spiritualiter, Domine quis credidit auditui nostro: quis pro raritate ponitur sive proficulate auditus fides est, quam per Spiritum sanctum dividimus: brachium Domini filius Dei est, qui revelatum est i. e. aliqua pars ex Judæis revelatum ex gentibus i. e. qui credit in me non solum secundum humanitatem, sed secundum divinitatem, aliter non solum in me sed & in patre quia ego in patre, & pater in me: qui videt me videt qui me misit, ac si aperte dixisset, qui vidit me verum hominem esse & credit me verum Deum esse, videt & patrem secundum divinitatem.

*Non veni ut iudicem, sed ut salvificem mundum*, ostendit quod per effusionem sanguinis redimeret mundum: dilexi vos quia eram in mundum usque in finem dilexit: exemplum dedit ut omnes in Dei veritate permaneat usque in finem: cena facta ostendit passionem Christi sicut post cenam prandium non fit, sic Christus post quam semel passus est non ostendit se iterum passurum: surgens à cena, ostendit passionem nostram resurrectionem sive ascensionem: ponit vestimenta sua, ostendit quia deponenda erant vestimenta ejus ad crucem.

#### INCIPIIT CAPITULATIO.

**A**CCIPIENS linteam & præcinxit se linteo i. e. mortificatio ipsius: mittit aquam in pelvium, ostendit gratiam baptismi: cepit lavare pedes discipulorum suorum & extergere linteo, per lavationem pedum, baptismum Apostolorum intelligitur, per extensionem lintei ostendit per passionem Christi extensionem peccatorum: non lavabis pedes mihi in æternum, pavore perterritus dicebat hoc: si non lavero te non habebis partem mecum, ostendit qui non est lavatus per baptismum & per confessionem penitentiam non habebit partem apud Dominum: accepit vestimenta sua, iterum ostendit quod revertetur ad Judæos in finem mundi: non est servo major Domino suo neque Apostolus eo major qui misit illum i. e. si ego pater & vos patimini. Aliter si ego me humilio usque ad vestigia vestra, ita & vos humiliare vos omnibus: levabit contra me calcaneum i. e. calcaneum extrema pars membri est.

*Et per buccellam introivit in eum satanas* i. e. sicut Apostolus ait, qui indigne accipit corpus Domini, & sanguinem ejus, iudicium manducat & bibit: præceptum novum de vobis ut & diligatis invicem: in veteri dicitur diliges amicum & odio habebis inimicum, Dominus dicit diligite inimicos vestros: hoc est præceptum novum, non conturbetur

turbetur cor vestrum, hic prædicat Apostolis de passione sua, credite in Deum, & in me credite quia filius Dei sum.

*Credite in domo patris mei*, id est in Ecclesia mansiones multæ sunt i. e. sicut in uno homine sensus divinus est ita in Ecclesia quæ est corpus Christi gratia multæ sunt: vado parare vobis loci. e. parabo vobis vitam, sicut Apostolus advocatum habemus apud patrem, qui interpellat pro nobis: ego sum vita & veritas & vita, via sine errore Christus est, veritas sine fallitate, vita sine morte ipse est.

*Amodo nobis eum & vidistis eum*, id est, quem cognoverunt oculis corporis, & cognoverunt oculis cordis, secundum divinitatem per insulationem Spiritus sancti: majora horum facit, id est, quia Christus per similitudinem mulierem fornavit: Apostoli vero per umbram insimulaturabunt.

Explicit Passio.

**R**OGABO patrem meum & alium paraclitum dabit vobis: per bis spiritum acceptum dilectio Dei & proximi intelligitur: spiritum veritatis quem mundus accipere non potest, id est, qui mundum diligit non accipit illum, non relinquam vos orfanos, id est non relinquam vos secundum divinitatem: in illa die cognoscetis, id est in futuro, sive in resurrectione Christi, Ego in patre, id est secundum divinitatem, vos in me, quia membra mea estis: & ego in vobis, id est, in dilectione cordis vestri: manifestabo ei meipsum, id est, credentes in divinitatem, mansionem apud eum faciemus sicut ipse ait, ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum & ego & reliqua: pacem meam do vobis, id est, sicut ego patienter suffero omnia, & vos patientiam habetis: pacem meam relinquo vobis, id est, sicut ego passus sum, ita & vos patiemini: non sicut mundus dat pacem ego do vobis, mundus interruptam pacem dat, Deus æternam dat: venit princeps mundi ad me, & nihil in me invenit, id est, diabolus venit ad crucem, & in Domino non invenit peccatum, quæsit capere captus est ab eo: sicut præcepit mihi pater sic facio, misit illum pater ut sanguinem suum funderet pro genere humano, & ita fecit: ego sum vitis vera unde perfudit sanguis, & aqua: & pater meus agricola est, id est, cultor Ecclesie: vos palmites, id est, Apostoli sive fideles Ecclesie: sicut palmes non potest à se fructum ferre nisi manserit in vite, sic & unusquisque non fert fructum nisi manserit in Christo.

*In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum primum afferatis*, id est sicut prædicationem, ego & passionem fructificavi, ita & vos facite: sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, id est, sicut misit me pater prædicare & pati, & ego mitto vos: majorem caritatem nemo habet & reliqua: dilectio fortior est morte, ego pro dilectionem patior pro vobis, & vos patimini pro Ecclesia: omnia quæ audivi à patre meo nota feci vobis, id est præcepta Evangelii: elegeri vos de mundo, id est de mundanis actibus: non estis de mundo, id est, quia non diligitis mundum: ut ait, Salomon, talis est mulier adultera, quæ cum comederit tetigit os suum, dicit, non sum operata malum, figurat Ecclesiam ex gentibus, quæ per confessionem abstergit se de immunditia peccatorum: ab initio mecum istis, id est ab initio prædicationis.

*Si ego non abiero paraclitus non veniet ad vos*: cum venerit paraclitus arguet mundum de peccato, id est, quia non credit in me, credat per prædicationem Evangelii: de iudicio autem, quia princeps mundi iudicatus est: Arguit de peccato, id est, ut per prædicationem vestram convertantur ad penitentiam: de iustitia, ut sicut diligit proximum, diligat & Deum ex toto corde: de iudicio, ut quidquid vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis: hæc enim est lex & Prophetæ.

*Modicum non videbitis me*, id est, dum jacui in sepulchro: modicum iterum & videbitis me, id est, per resurrectionem: venit hora quando non in proverbis loquar vobiscum, sed palam de patre manifestabo vobis, id est, per resurrectionem: in illa die in nomine meo petetis, id est, quia ascendo ad patrem resurgendo per potestatem: Pater diligit vos, quia diligitis me relinquo mundum, & vado ad patrem, id est, per præsentiam corporis, nam secundum divinitatem

Tom. V.

non relinquit mundum: pressuram habetis, id est, à mundanis hominibus tribulationem: ego vici mundum, id est alligavi fortem in mundo, qui est diabolus.

*Venit hora pater, ad clarificare filium tuum*: id est per resurrectionem: ut filius clarificet te, id est per filium convertantur & credant: ego te clarificavi super terram, id est notum feci omnibus, apud te manifestavi nomen tuum hominibus, ostendit quod secundum divinitatem, cum patre erat, & corporaliter in terra: quos mihi dedisti de mundo tui erant, in præsentia ab initio tui erant: mihi eos dedisti, id est, ad docendum: & sermonem tuum servaverunt, id est, in fide permanserunt, ego pro eis rogo non pro mundo, quia scit Deus qui sunt ejus: omnia tua mea sunt, & mea tua sunt: & clarificatus sum in eis, id est, in iisdem gentibus manifestatus sum, id est, quia crediderunt in me: in mundo sum corporaliter, & in mundo non sum corporaliter, & pro eis sanctifico meipsum, id est, per martyrium & resurrectionem: ego claritatem, quam dedisti mihi dedisti, id est, præcepta divina: exivit cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ostendit impetum persecutionis.

*Iterum transiens Jesus cum discipulis suis*, id est, de mundo ad patrem, & de Judæis ad gentes, venerunt cum laternis & fagulis, id est, ipsi sibi accenderunt lumen penale, adduxerunt eum ad Annam, Anna gratia Dei interpretatur, qui gratia Dei acceperat principatum sacerdotis: sed illa vita est ostiaria, quæ introduxit Petrum in atrium significat primitivæ Ecclesie, exprobravit eum quia Dei Filium se esse dixisse: certe non rapinam abstratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accepit.

*Jesus bajulans crucem suam*: Exemplum dedit sicut ipse dixit: qui vult post me venire abneget semetipsum, & reliqua: duo latrones crucifixi erant cum Jesu, qui permansit unus in perfidia sua, ostendit Judæos, qui confessus est significat gentes: scriptum erat in titulo rex Judæorum, id est rex confessorum: fecerunt quatuor partes de vestimentis Jesu: quatuor milites, id est quatuor Evangelistæ: vestimenta divisa, id est prædicationem, incarnationem, passionem & resurrectionem, quæ prædicaverunt in quatuor partibus mundi, tunica autem inconsutilis desuper contexta, ostendit quia divinitas in Patre & filio inseparabilis est: non scindamus eam, sed fortiamus de illa cuius erat, ostendit quia viri Catholici non scindunt unitatem divinitatis.

*Mulier ecce filius tuus: discipulo, ecce mater tua*: hic virginem commendavit, ut incorruptam servaret: non fregerunt crura Jesu, id est, quod figuratum ante fuerat, per agnum in Ægypto: non crudum nec coctum aqua, sed asinum tantum igni, ostendit passionem Christi, baculum in manu, ostendit crucem Christi, de mundo ad patrem: non comminuetis ex eo, ostendit ut non ferret infracta crux Christi, lancea latus ejus punxerunt, ut impleteret scriptura: viderunt in quem pupunxerunt.

*Exiit sanguis & aqua*: sicut ex latere Adæ sumpta est Eva, ita ex latere Christi exivit redemptio Ecclesie: per sanguinem remisso, per aquam baptismum: duo discipuli currentes: Petrus & Joannes, ostendit duos populos currentes, Judæos per legis litteram, gentes per legem naturæ.

*Joannes præcurrit citius vidit linteamina posita, & non introivit*: Judæi per legem & Prophetas viderunt Christum venturum, & adventum ipsius non receperunt. Venit Petrus sequens, eum vidit linteamina & introivit, ostendit gentes quæ in adventum Christi, sive doctrinam illius: per linteamina incarnatio Christi intelligitur: per sudarium mysterium divinitatis intelligitur: sudarium non cum linteaminis, sed separatim in unum locum involutum, ostendit quia divinitas longe est remota à sensibus humanis, in unum locum qui sunt universalis: tunc introivit & alius discipulus qui prius venerat ad monumentum, ostendit Judæos reverts ad fidem in fine mundi: angeli sedentes ad caput & ad pedes, ostendit initium & finem.

*Dixit Maria, nescio ubi posuerunt eum*, ostendit secundum carnem diligebat mundum, & per fidem credebatur quod dixit Maria ostendit cogitationem vocis: quia per dilectionem proximi cognoscit homo Deum: dixit Jesus, noli me tangere, id est in corde tuo, tibi non ascendi per divinitatem, discipuli piscantes totam noctem nihil ceperunt: piscatores doctores veteres, in nocte ostendit ante adventum Christi nullus ad perfectionem per prædicationem legis veteris venisset.

*Mane autem factum*: ostendit factum adventum Christi:

K k k



mittite in dexteram partem, id est, mittite praedicationem in gentibus: Erat enim Petrus nudus, id est nudi erant a fide Christi: tunica succinxit se, id est fidem Ecclesiae: misit se in mare, id est in fluctuationibus, & amaritudines mundi per dilectionem Christi: alii discipuli navigio venerunt, id est, in Ecclesia fluctuationem mundi calcantes viderunt prunas, & piscem & panem positum, per piscem ostendit fidem, per prunas calorem caritatis, per panem verbum divinum: trahentes rete in terram, per littora ostendit finem mundi: plenum magnis piscibus, id est, plenitudo & magnitudo Ecclesiae, per remissionem peccatorum: per tres ostendit trinitatem: indivisum rete & non scissum, id est, Ecclesiam in futuro incorruptam: manducavit Jesus post resurrectionem, ostendit veram incarnationem corporis ut credentes crederent.

Dixit Jesus, Simon Johannis amas me, ostendit sicut ter negavit, ut ter confiteretur fidem Trinitatis: pasce oves meas, id est in Ecclesia: ingressus Jesus januis clausis, ostendit quia clausis ingressus est januis uterum, sic & omnes Sancti post resurrectionem induunt spiritale corpus, ubique sine metu ingredi possunt, unde integer, & incorruptus matrimonio, tres testificant hanc sententiam.

Explicit secundum Joannem.

Explicit quatuor Evangeliorum expositio de brevi Proverbio edito a Sancto Hieronymo Presbytero, Deo gratias. Amen.

DE DEO ET NOMINIBUS EJUS.

BEATISSIMUS Hieronymus vir eruditissimus & multarum linguarum peritus; Hebraeorum nominum interpretationem primus in Latinam linguam convertit, ex quibus pro brevitate, praetermissis multis, quaedam hinc operi adjectis interpretationibus interponere studui, vocabulorum enim expositio satis indicat quid velit intelligi. In principio autem decem nomina ponimus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur. Primum apud Hebraeos Dei nomen,

EL, dicitur quod alii Deum alii ethimologiam ejus exprimentes, Schiros, id est fortem interpretati sunt: eo quod nulla infirmitate opprimitur, sed fortis est, & sufficiens ad omnia perpetranda. Secundum nomen,

ELOIM. Tertium ELOE, Quod utrumque in Latinum Deus dicitur. Est autem in Latinum ex Graeca appellatione translatum, nam Deus Graecè Theos, febos dicitur, i. e. timor. Unde tractum est Deus quod eum colentibus sit timor: Deus autem propriè nomen est Trinitatis pertinens ad Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Ad quam Trinitatem etiam reliqua, quae in Domino infra sunt posita vocabula referuntur.

Quartum nomen dicitur: SABAOTH: quod vertitur in Latinum, exercituum. Sunt enim in hujusmodi ordinatione virtutes multae ut Angeli, Archangeli, Principatus, & potestates: cunctique caelestis militiae ordines, quorum tamen ille Dominus est; omnes enim sub ipso sunt ejusque domini subiacent. Quintum,

ELYON: quod interpretatur excelsus quia supra caelos est, sicut scriptum est de eo: Excelsus Dominus supra caelos gloria ejus. Excelsus autem dicitur, pro valde celsus, sicut eximius quasi valde eminens. Sextum,

EHEIE, id est qui est: Deus enim solus quia aeternus est, hoc est, quia exordium non habet, essentium nomen verè tenet. Hoc enim nomen ad sanctum Moysen per angelum est delatum, quarenti enim quod est nomen ejus qui eum pergere praecipiebat ad populum ex Aegypto liberandum, respondit: Ego sum qui sum, & dices filiis Israel: qui est misit me ad vos, tanquam in ejus comparisonem qui verè est, quia incommutabilis est, ea quae commutabilia facta sunt quasi non sint: quod enim dicitur, fuit, non est, & quod dicitur erit nondum est: Deus autem esse tantum novit, fuisse, futurum esse non novit. Solus autem pater cum Filio & Spiritu sancto veraciter est, cujus essentiae comparatum, esse nostrum, non esse, est. Unde & in colloquio dicimus, vivit Deus, quia essentia vita vivit quam mors non habet. Septimum,

ADONAI: quod generaliter interpretatur Dominus, quod

Discipulus quem amabat Jesus: Secunda virtus est quod fecit Jesus in Cana Galileae, vinum de aqua expressit opus paratum virginitatem Johannis, ostendit quia illi sponsa conjuncta est: testimonium quod commendavit Jesus matrem suam Joanni: Maria Ecclesia figuratur, Johannes principatum, sicut fuit Johannes virgo matrimonio, sic fuit incorruptus & morte: Joannes genealogiam de divinitate narrat, nam alii de homine narrat: de divinitate Johannes dicit, in principio erat verbum, iste jacebat super pectus Jesu, & scientia divinitatis quae fuerat in pectore Jesu, ascendit Johannes de conjunctione duorum pectorum; insita arbor, in alter facit fructum arboris, alterius in qua plantatur. Si secundum ordinem canonis iste liber Mathaeum praemittendus esset, & quod in novissimam positus partem, est quia terra primis sanctificata est, deinde aqua, & postea novissime ignis quia clarior est & subtilior: item in similitudinem duarum legum, id est, vetus & novum, vetus prius tradita erat, nova tamen clarior est & major, quia de caelestibus discernit & abundantior mea, quod ad Evangelium Joannis pertinet ex supra dicta.

dominetur creaturae cunctae, vel quod creatura omnis domini ejus deserviat. Dominus ergo dicitur & Deus vel quod dominetur omnibus vel quod timeatur a cunctis.

OCTAVUM,

IA: quod in Deum tantum ponitur, quod etiam alleluia in novissima syllaba sonat. Nonum,

TETRA GRAMMATON: hoc est quatuor litterarum quod propriè apud Hebraeos in Deo ponitur, id est duabus IA, quae duplicata ineffabile illud & gloriosum Dei nomen efficiunt: dicitur autem ineffabilis, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu & intellectu humano nullatenus potest, ideo nihil de eo dignè dici potest, quia ineffabilis est. Decimum,

SADDAI: id est omnipotens vocatur, vocatur autem omnipotens, quia omnia potest, sed faciendo quod vult, non patiendo quod non vult.

INCIPIUNT BENEDICTIONES

DE FILIIS JACOB.

SACRO-sancta atque praesaga sanctorum Patriarcharum benedictio, quae per Spiritum sanctum atque os beati Jacob singulis est competenti qualitate distributa, nec per omnia sensu litterario potest intelligi. Maxime cum isdem beatus Patriarcha dicat, ut adnuntiet vobis quae ventura sunt in novissimis diebus, nec ita extenuanda per sensum allegoricum, ut omnimodo evacuari debeat sensus historicus: quia & quaedam uti post videbimus, sic eis praedicta sunt, ut quaedam multo post venerint, tamen plura ex illis in finem servata sunt, quae ego historialiter in ipsis verbis intelligere possumus, primum quasi fundamenta jaciendo donante Domino strictim pandamus: quae autem littera refugiant, & per spiritalem intelligentiam sicut & spiritali sunt intellectu carpenda, discutiamus.

RUBEN primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, major imperio. Latet litterae sensus, quia beatus Jacob primum filium Ruben, ex Lia uxore sua susceperit: qui si se digne tanto patre tractasset, ad eum primogenita regnumque pertineret. Unde dicit sibi eum primogenitum, quasi cui deberentur dona primogenita: sed & fortitudinem suam eum nominat, eo

quod robor imperii ad eum debuerit declinare. Haec autem non ideo indicative protulit, quod ita futura esse aut praeviderit vel voluerit, sed ut eum per haec dicta ad poenitentiam cohortaretur, cum recoleret, a quanta dignitate peccando decideret. Unde dicit, & principium doloris mei, principium namque doloris illius fuit, qui ruptis castimonie habenis, in frenis aruit ad constuprandam conjugem patris, quae res non mediocri dolore cum stimulasse credenda est: bene autem dicitur principium doloris iste, quia & reliqui fratres accusati sunt a beato Joseph apud patrem crimine pessimo: quod autem ait, prior in donis, ad primogenita pertinet quae illi tanquam primogenito debebantur: quod vero subjungit, major in imperio aperte declaratur ad eum pertinuisse, ut de ejus semine reges reliquorum fratrum crearentur. Quod vero ait, effusus es sicut aqua? hunc habet sensum, sicut aqua quae vase non cohibetur, quaeva versum fluit, & ubi declivior locus humiliorum se praebuerit, toto impetu decedit: ita tu nulla mensura conjugali libidinem cohibuisti: sed quo te impetus voluptatis alleverunt, eo sentinam tuam concupiscentiae diffidisti: cum vero subjungit, non cresecas prohibet eum ulterius a tali & simili turpitudine. Unde & Dominus ad Cain, peccasti tu quiesce, quo autem ista tendant, subjuncta verba testantur: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti fratrum ejus. Manifeste enim his verbis incesti crimen, quod ille in Balam concubinam patris sui commiserat exaggeratur: quod ne cui forsitan violentum videatur eo quod superius permillum sit.

Adnuntiabo vobis quae ventura sunt in novissimis diebus: audiat quid liber Paralipomenon de hac re dicat. Filii quoque Ruben, iste primogenitus Israel: ipse quippe fuit primogenitus ejus, sed cum violasset choram patris sui, data sunt primogenita ejus filiis Joseph, filii Israel, & non est reputatus in primogenitum: typice autem Ruben, iste primogenitus populum designat Judaicum, qui primogenitus fuit Dei, juxta quod de illo Dominus ad Moysen ait: filius primogenitus

Simon & Levi fratres etc. Vide caetera apud Hieronymum in quaestionibus Hebraicis in Genesim, Tom. II. novae hujus editionis.

DIVO HIERONYMO PRESBYTERO INSCRIPTA, IN EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

PRÆFATIO.

OMNIS scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera. Ego verò similis pauperulae viduae, duo minuta in gazophilacium mittenti, discentibus meis pauperulis, ac de paupere paupera sperantibus alimenta: has de mensa divitum mitto micas, quas catuli mei avidè cum Syrophœnicis flagitant. Porrò anxiant, aurum & argentum, lapides pretiosos minime habens: pelles scilicet hyacinthinas de caelestibus, non de terrestribus offeram: si potuero de naturis, id est, de Marci Evangelistae historia, vel mystico intellectu, ut majores mei tradiderunt, Deo adjuvante intimare curabo. Quem ideo Evangelistam tractantes intactum, ut puto, praeterunt: quia eadem penè quae Matthaeus narrat: licet in propriis quibusdam sint distincti testimoniis: ut ala alterius, aliam alterius tangat animalis: & rota rotam eadem sequatur via: & ut versis invicem vultibus, sese sancta contueantur animalia. In primo canone Marcus cum Matthaeo Lucaque comitatur & Joanne. In secundo, cum Matthaeo & Luca. In quarto cum Matthaeo & Joanne. In sexto canone velut in vecte duo annuli, Matthaeus semper conjungitur & Marcus: id est in quadraginta & septem capitulis. In octavo canone cum Luca comitatur, id est, in tredecim capitulis. In propriis verò quae maxime utrumque explanare dispo, decem & octo incedit speciatim capitulis: quae simul omnia ducenta & triginta quinque sunt capitula. Marcus Evangelista Dei, Petri discipulus, Leviticus genere, & sacerdos, in Italia hoc scripsit Evangelium. Qui initium Evangelii sui de

Tom. V.

K k k ij